obliq orizōtis, eidē ſigno, aut pūcto zodiaci ſeruiētes



Digitized by Google

tis & libræ ſole accedente duas habebūt æſtates. nā ſole in duobus punctis ſolſtitiorum exiſtente. maxime remouetur a polo horizontis. uel agenith. aut a puncto eorum uerticali. & ſic minor caliditas erit eis pro hyeme.

De habitantibus inter æquatorem & circulum cancri.

OMnia hæc habent accidentia ſupra enarrata. & ſole exiſtente in duobus locis æqualiter remotis ab initio cancri ☉. bis tranſit per pūctū uerticale ipſorum. puta quando erit in. x. Tauri &. xx. Leonis. aut in. xiii. Arietis. &. xvii. Virginis. & ēt in aliis ſimilibus locis. & tunc duplicē ſol exiſtens in præfatis & ſimilibus locis tribuet illis æſtatem. Et quia ſol in locis oppoſitis ad p̄dicta ſigna. ſed in partibus ſignorum cōſimilibus, maxime remouet̄ a punctis uerticalibus ipſoꝝ. ideo tunc duas habebunt hyemes, uerum. neq; uniuerſæ ſtellae orient̄ & occidēt. & alter polus puta meridionalis ſub horizōte deprimet̄. & aliquæ ſtellæ polo ſeptētrionali adiacentes deſcribent paruos circulos inter circulū artium. & polum mundi articum. & polus arcus ſemper eis apparebit. & illorum horizon ſecat oblique æquatorem. & bis in anno dies nocti æquatur quando ſol ad arietis & libræ initia tranſitū fecerit & hic modus apud omnē rationalem ſeruatur habitationem. & iſtis polus eleuat̄ uſq; ad gradus. xxiii. minuta. xxx.

De habitantibus in circulo cancri.

HOrizon ſecat æquatorem obliquæ umbræ eorum ſemper ſunt in triplici differentia. niſi

quando ſol fuerit ſub cancri initio in quo loco umbram dabit eis perpendicularem & rectam. In meridie, Occiduã. In oriente Orientalem. In occaſu, & iſtis polus æquatur maxime ſolaris obliquatiõi.

De habitantibus inter circulum cancri, & circulum arctium.

NOſtra habitabilis eſt in huiuſmodi ſitu. Et ſp in meridie habemus umbram ſeptentrionalem. In occaſu orientalem. In ortu occiduam. nequaquam meridianam. longiſſimos dies & noctes arctas & anguſtas quando ſol cancri initia poſſiderit. bis uero diem habebunt æqualem. ut ſupra dictum eſt. & ab ariete ad cancrum dies erunt continue ſuis noctibus maiores, a libra ad capricornum dies erunt ſuis noctibus minores. & hæc accidentia contingunt a gradu. xxiii. minuta. xxx. polaris eleuationis uſq; ad gradum. lxvi. minuta. triginta excluſiue.

De habitantibus ſub circulo artico.

EIs contingit ut in diurna reuolutione habeāt zodiacum pro horizonte. & totus circulus cancri apparebit ſupra horizontem. & in inſtāti zodiacus ſecabit horizontem in duas partes æquales. & ſole cancri initia poſſidente habebunt unam diē integram ſine nocte. uel tēpus ualde exiguum erit eis pro nocte. ſi modo ſol ſit ad Capricorni initia. tunc habebunt noctem uiginti quatuor horarum. quare a libra ad Capricornum noctes erunt continue diebus maiores. Contrarium accidet ab ariete ad cancrum. & hic ſitus non compræhenditur ſub clymate. & accidentia hæc imaginatiōe cōpræhen

dūtur. uel artificioſa hominū habitatione ſunt ſenſibus ſubſtrata. & iſtis polus eleuatur ſupra horizōtem gradus. lxyi. minuta. xxx.

De habitantibus inter circulum arctium, & polum mundi.

QVoniam truncatur zodiacus in parte ſeptentrionali ab horizonte in duobus locis æqualiter remotis ab initio Cancri. ideo ſecundum quantitatem interceptæ portionis zodiaci. Sole per illam partem decurrente. diem continuum habebunt ſine nocte. Et ſole cōmorante in parte meridionali prioribus ſignis oppoſita. habebunt noctem continuam ſine die. Ad initia Arietis & Libræ habebunt æquinoctium ab Ariete uſq; ad quātitatē zodiaci interſectam ab horizonte. Sole decurrente, dies ſemper maiorantur ſupra ſuas noctes. Et a Libra ad portionem zodiaci ſub terra continue commorantem noctes ſupra ſuos dies continue augentur. Vnde quandoq; erit eis dies continuus. & ſimiliter nox trium menſium. Item & ſigna uerno æquinoctio adiacentia conuerſo orientur ordine. & debito occidont. ut Taurus ante Arietem. Aries ante Piſcem. Piſcis ante Aquarium. Iſtis oppoſita recto ordine orientur. & præpoſtero occident ordine.

De habitantibus ſub polo.


ANnus eſt eis pro die Naturali, etenim habent ſex menſes de die. quandiu ſol eſt in ſignis ſeptentrionalibus. Item & ſex de nocte. quan

do ſol in ſignis rotauerit meridianis. Sole æquino-
ctialia puncta poſſidente. In horizontis circũferen-
tia diurno motu deducetur. & horizon, ac æquino-
ctialis eundem habebunt ſitum.


In fine operis ponetur tabula magnitudinis dierũ maximoꝝ reſpectu graduũ latitudinis regionis. & per hanc tabulam tibi inoteſcet latitudo regionis & econtra.

De motibus planetarum in generali.

QVoniam planetae in orbibus mouẽtur. ideo primo definiendum eſt quid ſit orbis. Et eſt quod una claudit̃ ſuperficie & cõuexa, æqualiter a cẽtro ꝓprio undequaq; diſtans. & hæc deſcriptio, uel definitio nõ differt a ſphæra. ut hic apparet in figura ſub nota a. Et ipſius ſphærae cõuexum appellatur ambitus. circuitus. circunferentia.




Orbis proprie eſt, qđ duabus ſuperficiebus claudit̃ concaua & conuexa. uel ſũma & infima. & hæc poteſt eſſe difformis ſpiſſitudinis, & æqualis. primo modo ſup diuerſa centra aut puncta circũducũtur. ſcđo modo ſuper uno & eodem puncto. Exemplũ primi ſit orbis a.b. cuius craſſitudo ſit in una parte exilior. In alia ſit latior. tunc ſumma aut cõuexa ipſi'




Digitized by Google


ſuperficies erit ſuper centro c. & concaua erit ſuper



centro d. & pars ipſius a. b. erit exilior. & c. f. groſſior. Exemplū ſecundi ſit orbis g.h. ſuper centro k. tunc quia ambæ ipſius ſupficies. uidelicet cōuexa g. & concaua h. æqualiter remouentur ab eodem cētro k. ideo ſunt uniformis ſpiſſitudinis. aut groſſitici. Orbis cōcentricus mūdo dicit. cuiꝰ cētrū & mundi centrū eſt idem. Exemplum ſit periferia




primi ac ſupræmi cœli circultus. a. b. ſuper centro mundi c. ſitqꝫ orbis e.d. ſecundum ſummā & conuexā ſuperficiem e. & concauam atqꝫ imā d. circunductus ſup centro mūdi c. tunc orbis e. d. ſecundū ambas ipſius ſupficies erit mūdo cōcentricꝰ.



Orbis eccentricus mūdo dicitur. cuius centrum. & mūdi nō ſunt idem. ut ſit orbis ſupræmus a.b. īfimus ſit c. d. ſuper centro e. centrū ſup̄mi orbis ſit f. tunc quia infimus orbis c.d. eſt circūductus ſuper centro e. & centrū ſup̄mi orbis eſt f. ideo orbis c.d. erit mundo excentricus, & uocabitur hoc mo/


do ẽccẽtricus abſolute. Et hic & cæteri ſimiles erũt ſecundum unam partem proximiores centro mundi ſecundum aliam remotiores. Non abſolute & ſecundum quid uocabitur orbis excentricus. quando ſecundum alteram ipſius ſuperficiem imã. aut ſummam locabitur ſuper centro mundi. Exemplũ ſit ut prius ſupræmus orbis a.b. ſuper cẽtro f. & c. d. qui ſit ſecũdum ſummã ipſius ſuperficiem c. ſuper centro e. & ſecundum imam aut concauam ſuper centro f. tunc orbis c.d. erit excentricus non abſolute, uel ſecundũ q̄d. & erit difformis groſſitiei.



In huiuſmōi orbibꝰ ſic diſpoſitis ps magis remota a centro mundi dicitur aux: proximior dicit̃ oppoſitum augis. ut c. erit pũctus augis. & g. oppoſiti augis. Epiciclus eſt paruus circulus in deferente conſtitutus, nõ exiens deferentis craſſitudinem. & intra

Digitized by Google

ipſius periferiam terræ centrum nō claudit. & in illius ambitu ſtella circūducitur. Defferens uero eſt circulus abſolute excentricus terrā ambiēs. & defferens centrum epicicli & ſtellam ſecundū ſignoꝝ ſucceſſionem. epiciclus quandoq; deffert ſtellam & ſecundum ſignorum ordinem aliquando econtra. Exemplū primi ſit ſupræmus orbis a. b. uel zodiacus ſuper centro mundi c. defferens ſit orbis e. f. ſuper centro d. tunc defferens f. e. erit abſolute excentricus. Epiciclus erit orbis g. h. in craſſitudine defferentis conſtitutus ſtellam. aut lunam defferens. & in ſui ambitu mundi centrum non claudit. nam cētrum ipſius erit punctus k. & tunc ſtella in epiciclo mota duplici mouebiť motu. defferentis & epicicli, & motu differentis ſemp mouetť ſecundū ordinē ſi-




gnorū. Motu ēpicicli. ſtella ♄. ♃. ♂. ♀. ☿. mota p̱ partem ipſius ſuperiorē mouetur ſecundum ordinem ſignorum. per partem uero inferiorem mouēt contra ordinem ſignorum. Luna uero per partē inferiorem mouetur ſecundum ordinem ſignorum. per partem ſuperiorem contra ordinem ſignorum. Sol epiciclo caret.

De ſole.

GEneraliter his expeditis de ſole, in primis dicendum erit. Sol enim pro nunc habet duos orbes. quorum ſupræmus ſecundum conuexā ſupſiciem eſt mundo concentricus. ſecundum concauā excentricus. & ſic iſte orbis ſecundum quid erit eccentricus mundo. Infimus uero eſt abſolute excētricus. primus dicitur orbis. Solis augem differens ſcd̄s dicitur orbis defferens corpus ſolare. Et ſol in eo talem habet motus habitudinem ut motu differentis per partem ipſius ſuperiorē tardius per inferiorem uelocius moueatur. & primus orbis mouetur motu octauæ ſphærae in. 36000. annis. aut in 49000. annis ſecundum uarias antiquorum obſeruationes terminat reuolutionem ſuam. Sol autē in anno totum differentem perficit. Exemplū erit orbis primo augem differens a. b. locatus ſuper cētro c. mundi ſcd̄m ſuperficiē ipſius cōuexā a. & ſecundum cōcauā b. pro quanto locat differentem ſuper centro d. & tunc orbis b. e. erit orbis ſolem deferēs & abſolute excentricus. & primus orbis a. b. augē differens ſecundum conuexam ſuperficiem a. erit mundo cōcentricus. quoniā ſuper centro mundi c. circūducitur. & ſecundum ipſius b. concauam ſuperficiem

Digitized by Google




perficiem erit excentricus, quoniam ipſius circũdu
ctio eſt ſuper centro d. defferẽtis. Et pũctus b. in def
ferente erit punctus augis defferentis. & h. oppoſi/
ti augis defferentis. & hæc duo puncta motu primæ
ſphæræ mouentur. Et pars ſuperior defferentis erit
arcus g. b. f. & inferior f. h. g. Mouetur. n. ſol a pũ
cto d. per b. uſq; ad f. per dies. 187. Et in medietate
quæ eſt ab. f. per h. uſq; ad g. morat̃ per dies. 178.
quare morabitur in medietate ſuperiori per dies. 9,
amplius q̃ in inferiori.

De Luna.

LVna habet orbes ueluti ſol. Et loco ſolis, in def
ferente proprio locatũ habet epicielum. In cu
ius circunferentia luna collocat̃. & ad motũ ipſius
deffert̃ per partem ſuperiorẽ epicicli cõtra ordinem
ſignorum. per partẽ inferiorẽ ſcd̃m ordinẽ ſignorũ

& uoco partem ſuperiorem epicicli,quæ zodiaci circũferentiã reſpicit. Inferiorem uero quæ centrum terræ. uerũ orbis defferẽs centrũ epicicli lunæ & orbis defferẽs lunæ augem declinant a medio zodiaci ſecundũ unam partẽ ad ſeptentrionẽ ſcd̃m alteram ad meridiẽ. Et orbis defferens augẽ lunæ, mouet̃ ad cõtrariã partẽ ordinationis ſignorũ. uidelicet ab ortu in occaſum. defferẽs uero centrũ epicicli mouet̃ ad ſignoꝝ ſucceſſionem ab occaſu uidelicet in ortũ, & centrũ epicicli uelocius mouet̃ per partẽ excẽtrici ſuperiorẽ. tardius per inferiorẽ. Aequãs lunæ & cæteroꝝ eſt circulus qdã imaginarius cui⁹ reſpectu epicicli cẽtrũ regulariter & uniformiter mouet̃,In




luna eſt mũdo cõcẽtricus, & ſub zodiaco defferẽ. Et loca in quibus defferens epiciclũ,& augẽ interſecãt zodiacũ dicunẽ caput & cauda draconis. & ipſae interſectiones mouenẽ ad cõtrariam partẽ ordinationis ſignoꝝ ab ortu in occaſum. Et declinant a zodiaco huiuſmõi orbes per gradus. v. inuariabiliter. Et quando luna mouẽ per partẽ inferiorẽ epicicli: qa & motu defferẽtis & epicicli mouẽ ad ſucceſſionẽ ſignorũ. ideo erit curſu uelox. reſpectu zodiaci. & quãdo mouebiẽ p partẽ ſuperiorẽ epicicli: qa in motu cõtrariaẽ motui defferẽtis diciẽ curſu tarda. Et de his oĩbus ſupponiẽ figura. Nã orbis maior f. g. difformis groſſitiei eſt orbis defferens augẽ lunæ, & orbis d. e. uniformis groſſitiei eſt orbis defferens centrum epicicli lunæ. & paruus orbis ſuper centro c. poſit⁹ in circũferentia defferentis diciẽ orbis paru⁹, uel epiciclus defferens corpus lunæ.

De tribus ſuperioribus & Venere.

TRes ſuperiores. Et uenus habent orbes. ut in luna diſpoſitos. Verum orbes defferẽtes auges ipſorũ. ut in ſole ſp ſunt ſub zodiaco, ſed orbis defferẽs centrũ epicicli declinat a zodiaco ſecundũ unam partẽ ad ſeptentrionẽ. ſecundum alteram ad meridiẽ. Et eodẽ modo circulus æquans declinat. & dum ſunt in parte ſuperiori epicicli ſunt ueloces in motu reſpectu zodiaci, quia tunc & motu epicicli & defferentis mouentur ad ſucceſſionem ſignorũ. Si uero moueantur per partem epicicli inferiorem, tunc dicũtur curſu tardi diminuti aut retrogradi.


MErcurius in circuloꝝ diſpoſitione a tribus ſu perioribus differt in hoc. quia orbes defferen tes augē excētrici, una cum excentrico declinant a medio zodiaci ad partes meridiei & ſeptētrionis op poſitas. & orbes defferentes augem excentrici mo/ uentur. In contrariam partem ordinationis ſigno/ rum. defferens epiciclū ad ſignorū ſucceſſionē, ſed æqualibus motibus. Orbes uero defferentes augē æquantis ſemper ſunt ſub zodiaco. & mouenť mo/ tu octauæ ſphærae. Et ſic quatuor orbes Augē deffe rentes habebit duos ſecundū quid eccentricos deffe rētes augem æquantis. & duos abſolute eccētricos



& declinantes a medio zodiaci ad partes oppoſitas. & erunt orbes defferentes augem defferentis. ut patet hic in figura.

De directionibus, ſtationibus, & retrogradationibus planetarum.

QVoniã planetæ in epiciclo mouentur ſupnæ ſecundum ordinẽ ſignorum. & infernæ contra ordinem ſignorũ. ideo q̃diu mouebuntur. p partem epicicli ſupernã uocabitur directus, per infernã retrogradus. Et arcus ſuperior epicicli erit directionis. & inferior retrogradationis. ut in exemplo ſit defferens epiciclum circulus c. d. g. epiciclus uero ſit circulus c. e. d. f. quia ſtella mota a puncto c. p e. uſq; ad d. dicit̃ mota ſecundum ordinem ſignoꝝ, & mota per d. f. uſq; ad c. dicitur mota cõtra ordinem ſignorum: ideo arcus epicicli c. e. d. erit directionis, & d. f. c. erit arcus retrogradatiõis, ubi mo




Digitized by Google

do ſtella fuerit in punctis d.c. erit in punctis duarū ſtationum. quoniam tunc ſtella nō habet ſenſibilē motum reſpectu zodiaci. & tunc eſt ſtatio prima. & ubi fuerit in puncto d. erit in ſtatione prima oriēta-li & in c. in ſtatione ſecūda occidentali. Et ideo pla-netæ retrocedunt. quia uelocior eſt motus ſtellæ in circunferentia epicicli q̄ ſit motus centri epicicli in circūferentia defferentis. Et quoniā luna habet tar-diorem motū in epiciclo. & uelociorē reſpectu cētri epicicli in circunferentia defferentis. ideo ipſa non erit retrocedens.

De auge & oppoſito augis epicicli.

ET aux epicicli erit erit pūctus e. & oppoſitum augis erit pūctus f. Et quia eodē centro epici-cli exiſtente in auge defferētis, arcus directionis eſt minor. Exiſtēte in oppoſito augis defferentis arcus ipſius directionis eſt maior. ideo per plus temporis




Digitized by Google

mouebit ad ſucceſſionẽ ſignorũ. In oppoſito augis defferẽtis centro epicicli exiſtẽte, q̃ eo exiſtẽte in auge. Exemplum erit in figura, ſit pro nunc zodiacus n. o. defferẽs l. m. epiciclus in auge defferentis cõſtitutus ſit c. e. d. f. In oppoſito augis ſit g. k. h. i. tunc arcus directiõis reſpectu ſupioris circuli eſt arcus c. e. d. reſpectu inferioris erit arcus g. i. h. qui longe maior eſt arcu d. e. c.

De lunari defectione.

PRobatũ fuit a Ptholomeo. v. almageſti. capi. xiiii. & a Ioãne germano. v. epytomatũ ꝓpoſitiõne. xxi. ſolẽ eſſe terra maiorẽ. clxvi. cum partib⁹ xxii. quarũ ſemidiameter terræ ẽ una. quo ꝑ nũc admiſſo: ſupponamus lunã ſolaribus radiis illuſtrari, Cũ itaq; aliqd' impediens lunæ aduenerit. ideo ipſa ſolarib⁹ poterit radiis priuari. Sequit̃ igitur umbrã terræ ſemp diametraliter ſoli oppoſitã, piramidalẽ eſſe: & pyramidale corpus cõſtituere. ut ex. xxiiii.



propoſitione primæ partis cõmunis perſpectiue. Luna igitur ſoli diametraliter oppoſita, ita ut eadem linea ſit tranſiens per centrum Solis Terræ & Lunæ. continget tunc totam lunam ſolaribus priuari radiis. Tunc ſi lineæ laterales ipſius umbræ. lunam contigerint ipſa penitus obſcurata. illico umbram exibit. Et tunc diameter umbrae terrae. In

loco tranſitus lunæ erit æqualis diametro ipſius lu
næ uiſuali. Si uero diameter umbræ terræ exceſ
ſerit magnitudinē diametri lunæ uiſualis. In loco
tranſitus lunæ. tunc ultra totalem lunæ obſcuratio
nem ipſa per tempus perceptibile morabit̃ ſub um
bra. ut patet in hac figura. Et ſit corpus ſolis a. ter
ræ b. lunæ p. Et luna exiſtens in pūcto p. ſit in oppo
ſito augis epicicli. uel in parte ſui epicicli inferiore
quoniā tunc diameter umbræ terræ excedit diame/
trū lunæ. Ideo ipa tota obſcurabit̃. & tota obſcura/
ta ſub umbra p tēpus pmanebit pceptibile. ſi modo
eadem linea tranſeat per centrum ſolis terræ & lu
næ. & luna ſit in auge epicicli. uel in parte ſuperio/
ri ſui epicicli. tunc luna tota obſcurabitur, & imme
diate exibit umbrā. puta quando centrum lunæ fue
rit in g. nā in primo ſitu diameter umbræ terræ c. d.
excedit diametrum uiſualem lunæ g. h. in ſecundo
ſitu. puta quando centrum corporis lunæ fuerit in
q. quoniam diameter uiſualis lunæ & umbræ ter/
ræ æqualiter terminantur. ideo luna imediate exi/
bit umbram. Et quod umbra terræ ſit minor, aut
maior luna poteſt faciliter deduci per portionē cir/
cularem ipſius umbræ terræ procidētis in lunam.
Auxiliāte. xxiiii. tertii Euclidis quæ eſt Dati ſemi/
circuli. ſiue ſemicirculo maioris, ſiue minoris por
tionis circulum perficere. Eodē modo probabimus
interuētu lunæ inter ſolem & nos eſſe luna ipſo ſo
le undequaqꝫ minorem. Et quando luna fuerit in
eadem linea cum ſole. & terra. tūc dicitur eſſe in ca
pite draconis. Et hoc ſi inde tranſierit ad ſeptentrio
nem, uel in cauda draconis, ſi inde tranſitum ha/
buerit ad

Digitized by Google


querit ad meridiem. Si modo a ſectionibus capitis, aut caudæ draconum. Luna deſtiterit per grad. xii. minu. xliii. ſecundū. xii. p̄ciſe uel q̄d ipſi⁹ latitudo ad ſeptentrionem aut meridiem ſit gra. i. minu. fere 6. impoſſibilis eſt lunam umbrā terræ igredi, etiā quod luna ſit ſoli oppoſita ſecundum longitudinē. Et hoc modo non eſt neceſſe lunā in omni oppoſitione cum ſole ecclypſari. Et tunc circūferentia lunæ contanget umbram, neq; eam ingredietur.

De interuentu lunæ inter ſolem & nos.

QVoniam proprie ſol lumine non deficit. ſed potius lunæ interuentu nobis ſolare lumen aufertur. & nequaquam eſt uniuerſalis, quoniā nō omni in loco poteſt ſimul & ſemel ſol obſcurari. & hoc ideo contingit ratione paruitatis lunæ. partim reſpectu ſolis. partim reſpectu terræ. Verum ubi luna fuerit terræ proximior tempore cōiunctionis ſolis cum luna ſecundum lineas uiſuales per lineam unam tranſeuntem ab oculo per centra duorum luminarium. tunc quibus ſic apparuerit, poterit ſolis totale lumen eis auferri. ſed non reſpectu alterius habitationis. & talis totalis luminū ſolis intercæptio erit ſine tempore perceptibili. Exemplum poteſt dari de nube interueniente inter oculum aſpiciētis, & ſolem. nam tale impediens in rectitudine impedit. ne ſolare lumen tranſeat ad nos ad certam quātitatem in ſuperficie terræ. & ultra talem quantitatem a partibus nubis lateralibus procidunt ſolares radii ad terræ ſuperficiem. Vnde aliquibus com

[redacted]


morantibus in ſuperficie terræ. Intercipietur radii aliquibus nõ (nubis interuentu) & hoc quoniã terræ & ſolis magnitudo eſt ipſa nube maior. Idẽ erit de luna interueniente inter aſpectum noſtrum & ſolem, quibus in rectitudine fuerit præciſe, eis ſolare auferetur lumen. quibus uero a rectitudine ſecundum partem deuiauerit. Illis ſecundum partem ſol obſcurabitur. Et in eodem clymate ob terræ magnitudinem. Nequaquam ſol ſecundum eaſdem partes obſcurabitur. imo in diuerſis clymatibus poterit eſſe. ut in uno obſcuretur, & in alio non. Verbi cauſa. ut Pariſius obſcuretur. Minime autem Romæ, uel Bononiæ ob terræ magnitudinem cadentem inter clymata. ipſa luna maiorem.



[redacted]

Digitized by Google





Nam ſit homo habitans in ſuperficie terræ in pun-
cto a. aſpiciens ſolem ſecundum rectam lineam
a.c.d.tunc exiſtens in a. uidebit ſolē radiis quodā-
modo carentem. & qui exiſtit in b. hoc ipſum peni
tus lucidum ſpectabit. quare linea recta poſita in ſu
perficie terræ inter a. & b. erit maior diametro ui-
ſuali lunæ e. c. f. & ſic ſecundū uiſum luna erit ſoli
copulata. Ex quo luminaria ſecundum uiſum iun
cta eſſe dicuntur. quādo eadem linea tranſit ab ocu
lo per centra amborum luminarium, & ſecundum
duorum luminarium uiſualem cōiunctionem erit
luminis ſolis abſentia lunæ interuentu. Et quādoq;
hæc apparens coniunctio, præcedit ueram. quæ ſem

per accipitur per lineam ductam a centro terræ trã/
ſeuntem per centra duoꝝ luminariũ;puta in figura
ſcđa in qua poniť dimidiũ ſphæræ terræ n.a. luna ĩ
e.& f. & g. Itẽ ſol ſit in b.c.d. tũc ſit luna diſpoſita
ꝑ lineã ductã ab a.ad i. ab a.ad k. ab a. ad l. In his
tribus locis.luna ſecundum ueritatem erit ſoli co/
pulata. Verum ſecundum uiſum,ſole exiſtẽte in b.
non copulabitur lunæ ſecundum uiſum, ex quo li/
nea n.h. non tranſit per centrum ſolis b. imo iam
præteriit cõiunctio ipſa uiſualis.& ideo in parte in/
ter k.& o.ſol exiſtens uiſibilis erit prior tempore.
ipſa uera coniunctione,in directo puncti k. ſol & lu
na exiſtentes.ſimul tempore erit uiſibilis . & uera
cõiunctio. Vbi modo ſol & luna fuerint inter k. &
p.puta in puncto l.uiſibilis ueram ſequitur. In no
ſtra ſeptentrionali parte terræ habitabili. ubi lunae
latitudo ſeptentrionalis a medio zodiaci fuerit ĩfra
gra.i.minu.xxxiii.uel quod luna ipſa diſtet a nodo
ſeptentrionali infra grad.xviii.minu.v.poterit ſol
ecclypſari.Si fuerit p̃ciſe gra.i.minu.xxxiii. uel di
ſtantia a nodo ſit gra.xviii.minu.v.p̃ciſe tunc cir/
cunferentia lunae contanget circũferentiam ſolis.
neq; obſcurabitur. Hoc idem erit, ſi luna habuerit
p̃ciſe meridianã latitudinẽ minu.33.ſcđoꝝ.29.uel
qđ diſtet a nodo meridiano per gra.vi.mi.xxvii.In
fra huiuſmodi latitudinis lunæ meridionalem ter/
minum,uel qđ ipſius diſtantia a nodo meridionali
ſit ĩfra gra.6.minu.27.ipſa poteris obſcurari. Vn
de patet ex hoc cõmunes canones de poſſibilitate ec
clypſium ſolarium falſos eſſe. cum dicant ſolẽ non
poſſe defici lunæ interuentu,quando luna deſtiterit

[redacted]

Digitized by Google

a nodo per grad. xii. tam ad partem ſeptentrionis, q̃ ad partem meridiei. Et quando ſol obſcuratur, ipſius obſcuratio incipit a parte occidentis. Meridiana aut ſeptentrionali, prout lunæ fuerit latitudo. In luna, obſcuratio ipſius incipit a parte orientis, cauſa primi. quoniam luna motu uelociori moueť ab occaſu in ortum ſole ipſo Cauſa ſecundi. quia ſolis umbra mouetur motu ipſi ſoli econtrario. Et quoniam non in omni coniunctione lunæ cum ſole cõtingit lunam eſſe infra præfatos terminos. Ideo nõ in omni coniunctione erit ſolaris defectio. Hæc omnia tamen erũt magis manifeſta. In tabulis noſtris de luminarium duorum defectione. omni fere latitudini deſeruientes, quæ in proximum dabuntur in lucem.

Et ſic duce Deo Supplementa in Procli Diadochi Sphæram exarauimus. Ad laudem Summi rerum omnium conditoris.

Tabula quantitatis Dierum per polares eleuationes.

Gra.	Hor.	Minu.	ſe.
0	12	0	0
1		3	29
2		6	59
3		10	29
4		13	58
5	12	17	28
6		21	1
7		24	33
8		28	6
9		31	39
10	12	35	12
11		38	52
12		42	32
13		46	12
14		49	52
15	12	53	32
16		57	23
17	13	1	14
18		5	6
19		8	57
20	13	12	48
21		16	58
22		21	7
23		25	17
24		29	26
25		33	36
26		38	9
27		42	43
28		47	17
29		51	50
30	13	56	24
31	14	1	28
32		6	32
33		11	36
34		16	40
35		21	44
36	14	27	38
37		33	31
38		39	25
39		45	18
40		51	12
41		58	12
42	15	5	12
43		12	12
44		19	12
45		26	12
46		34	54
47		43	37
48		52	19
49	16	1	8
50		9	44
51		21	20
52		32	43
53	16	44	13
54		55	42
55	17	7	12
56		23	58
57		40	45
58	18	57	31
59		14	18
60		31	4
61	19	56	53
62		22	43
63	20	48	32
64	21	30	6
65	23	11	40
66		23	5
66 ½	24		